

A quasi uxoris accitit: è quo Andragathius profliciens, rama- tus, & callidus, Gratianum nihil tale timentem occidit, novem & viginti annos ætatis habentem. Maximus corpus Gratiani reddere Valentiniano noluit, ne exuviorum redditu militibus dolor renovaretur: licet se penumero per oratores id Valentinianus exposceret. *Cassiod.*

Joannes Rufus, dux Ciartorienfis, & alii quidam Russi, & Lituani proceres, apud Trocos interfecerunt Sigismundum ducem Lituania. Ursum habebat Sigismundus cicurem, quam ad mensam, & ad cubiculum familiariter admittebat. Ea vel non venerat illo curat cubitum, vel de morte emissã exierat, & à conjuratis alicubi conclusa erat. Ejus igitur unguem scilicet ad ostium cubicali assumulata conjurati introrsum, ducem nihil tale suspicantem trucidarunt. *Cromerus lib. 21.*

Accusatione falsa, Criminis falso objectu, Suspicio- ne mendaci.

Seniores duo astute Susannam, quia libidini illorum parere nolisset, condemnarunt, testimonium adversus eam ferentes, tanquam eam cum juvene in adulterio deprehendissent. Quam tamen dolus à Daniele puero mirè detectus fuit. *Dan. 13.*

Superbissimus Aman, videns, quòd Mardocheus ipsum adorare volebat, persuasit regi Artaxerxi per mendacia, ut totus Judæorum populus deleteretur. Cæterum frater in caput auctoris redundavit. *Esther. 3.*

Ulysses Palamedem in judicio Græcorum vicit, subiecto in ejus tabernaculum auro barbarico. Ita sapientissimus ille Græcorum, proditiõnis damnatus est per delum, ac fratragema. *Poliæn. lib. 3.*

Cum aliqui sacrificium Apollini offerrent, Delphi per insidias eos circumvenerunt, & thuri, placentisque clam iniecerunt sanctas pecunias, atque sic comprehensos eos, tanquam faciles adductos, è petra, juxta legem Delphicam, præcipites dederunt. *Ælian. lib. 11. de var. histor.* Quod etiam Æliopo volunt accidisse, qui facilem nomine præcipitatus est, aurea phiala in stragulis ejus deprehensa. *Hæraclides.*

Anytus & Melitus, Socratis neci inhiantes, cum periculum essent facturi, quomodo accusationem illius populus Atheniensis excepturus esset: Aristophanem, Poetam pectulantissimum, precibus & precio ad Nephelæ in theatro exhibendas induxerunt, in quibus Socratis persona, habitus, mores nominatim accusabantur. Drama istud cum Athenienses summo cum applausu exceperunt, animos accusatoribus addiderunt, ut virum sanctissimum falsis criminibus confectis cicutam bibere cogere. *Ælian. lib. 2. de var. hist.*

Philippo Macedonum regi duo erant filii, Perseus & Demetrius. Perseus cum in dies magis, ac magis Demetrii favore, atque dignitate apud Macedonum multitudinem, gratiam atque potentiam erga Romanos amplificari animadverteret: Demetrium apud patrem de proditiõne primo latenter insinulavit, & accusat, quasi dum Romæ obsidis loco commoraretur, multa verba de regno cum Tito Quintio habuisset: deinde quòd noctu armatus ad suas aedes venisset, interfectorum eum, si intronissus fuisset. Philippus, ut prius expiscaretur, sub specie legationis Romam mittit Philoclem, & Apellem: sed quod eum latebat, erant hi legati Perse fraudis ministri, atque participes. Demetrius has insidias sibi à fratre parari animadvertens, fugam ad Romanos meditari cepit. At interea legati redeunt. Qui cum præmeditata in Macedoniam Roma attulissent, sed & falsas litteras Tito Quintio Philippo reddidissent, in quibus deprecabatur, si quid adolecens, regni cupiditate prolapsus, secum negotii habuisset: hæ litteræ sibi perfidia accusationi attulerunt. Quamobrem à Dida, quem ei comitem Perseus à patre dati antea curaverat, inmissis percussoribus strangulatus est. *P. Aeriadus ex Livii Dec. 4. lib. 10.*

Tarquinius Superbus bellum Sabinis illaturus ob ruptum fœdus cum Tullio Servio percussum, cum principibus Latinis nominis conventum deliberandi de bello ad lucem Fentina in certum diem indixisset, sed ipse ad Solis occasum usque eò non venisset, expectantibus eum frustra proceribus, tandem superveniens se purgavit, quòd transfractioe inter patrem, & filium impeditus fuisset. Ibi Turnus Herdonius Aricinus indignandus subiecit: Nullam esse breviorum cognitionem, quam quæ inter patrem verteretur, & filium uno verbo potuisse, parandam esse patri: quòd ni fieret, infortunium esset filius habiturus. Quæ licet tum æquius ferre

videretur, confestim tamen de nece Turni cogitavit, atque sub noctem ex ejus servis unum per Aricinos homines advertebat. Illi impigre, quòd imperatum fuerat, exequuntur. Is tunc suos, qui iusta confecerant, aperis verbis accipit, quòd injuriarum civibus suis interfecerat. An, inquit, ignoratis, me Regem esse Malacæ, & hos, quos captivos abduxistis, mihi subditem esse, neque secus à me diligi, quam si eos omnes genuissem? Spero equidem Abedallam, quem ego non generum, sed filium arbitror, propediem in meam potestatem Malacæ, ut constituit, redacturum, & tunc apparebit, quantum inter Lusitanorum tyrannidem, & potiù benè acceptos, & muneribus affectos, missos fecit, omniaque illis bona restituit, suisque ducibus atrociter minatus est, si quid simile in posterum contra cives urbis Malacæ designarent. Id homines verum esse crediderunt: & ubi Malacam reversi fuere, sermo primùm occultus inter nonnullos haberi de eadem re cepit. Deinde sparsio laetis rumor, res ad Georgium Albuquerquium urbis præfectum delata. Is Abedallam accersit, sceleris insinulat: testimonia, quæ hostes in illum dixerant, exponit. Abedalla fidem Albuquerqui implorat, & obtestatur, ne se hominem innocentem, summè in Lusitanos officium, regique Emanuelis studio flagrantem, hostium crudelitati dedat. Tempus sibi dari postulat, dum Regis Bintaemensis fraudem, & inimicorum calumniam, & suam innocentiam testibus, & argumentis aperte demonstraret: se ex vinculis velle causam dicere. Cæterum vehementer urgente Bartholomæo Perestrello, quæstore regio, in gratiam Nitaeherenfis filiorum (cui ab ea dignitate dejecto Abedalla successerat) homo innocens, regio splendore præditus, in forum deductus, inspectante populo, cum multorum luctu, & querimonia securi percussus fuit. Qui tamen, dum ad supplicium ducebatur, manus in cælum tendit, & numen implorat, ut in eos, quorum calumniis ipse contra jus, & fas interimebatur, animadverteret. Post decimum, & septimum diem Perestrello celeri morte absumpsus fuit: quòd multi ad numinis vindictam rotule. Abedalla verò supplicium tantam multo offensionem attulit, ut multi mercatores, & cives Malacæ excederent: atque passim, quacumque se conferrebat, omnes homines à Lusitanorum commercio C deterebant. *Osorius lib. 10. rerum Em.*

Confessione falsi criminis.
Cum multa Auxitani populi quererentur in se avarè, & crudeliter gesta esse vult administrationem Bituricensium Ducis, qui Caroli VI Gallorum regis patruus erat: à regio Senari capii justus erat Bethisachus, per quem dux ille omnia gessisse videbatur, quia ducem ipsum compellere non sudebat. Bethisachus omnem culpam in dominium rejiciebat, cuius imperio, quæ fecerat, gessisse se ostendebat. Jamque ut innocens haberetur, cum per fraudem ei significatum fuit, iudicio ipsum, ut vel strangularetur, vel combureretur, damnatum iri. Ea re attonitus, ab iis, qui illud nunciabant, monitus est, si se hereticum dixisset (nam aliud tribunal causa requirebat) fore, ut Avenionem ad Pontificem mitteretur, & cuius manu dux Bituricensis facile cum postea recepturus esset. Bethisachus ergo hereticum se, & qui jam multos annos in Christum non crederet, falsus, adeò ira, atque indignatione omnem Senatum movit, ut statim publico decreto cremaretur. *Fulgosius lib. 8. cap. 11.*

Singulari certamine.
Sub initia regni Roberti III. Scotorum regis, anno 1396. duæ tribus montanae Clankay, & Glankquhere, ducibus Strathberg, & Christie Makian, dissidio laborantes, agros invicem suos hostili sæpè modo prædabantur. Thomas Downbar Moravia comes, & David Lindelafus Cranfridus comes creatus, cum regis ipsos viribus propter locorum difficultatem conficere vix possent, aucti sunt eos aggressi. Conventerunt enim factionum duces, & ut tandem finem discordiis imponerent, hortati sunt. Responderunt illi: Sibi pacem placere, si altera alteri tribus subjici vellet. Tum Thomas, Ergo ex utraque tribu tracenti in campum inermes procedite, gladiis dumtaxat accincti: & qui illic victores extiterit, illi imperent. Constitutum diem quo de imperio duarum tribuum decerneretur. Campum autem ad Aquilonarem Perthi oppidi partem elegerunt: Judices editore loco sedent. Alterius tribuum unum dumtaxat iusto decerit numero, metui territus: cujus in locum immanis corpore rusticus quidam, ad quem res nihil profusus atinebat, ne patrum numero haud conveniente præter-

Andronicus Comnenus tyrannus, summa rerum in se translata, matrem Imperatoris Alexii Porphyrogeniti, falso proditiõnis crimine objecto, quasi cum Bela Hungariae regis fororis marito per litteras egisset, in carcere soliocandam curavit. *Nicetas.*

Sub Constantino Gallo Imperatore cum motus exortus esset in Gallia, Sylvanus Deusius pedestris militæ rector, id imprimis Artoebio magistro equitum, atque præfecto cubiculari studente, ac procurante, in Galliam ab Imperatore cum imperio, atque exercitui delegatus est: Amulius enim, & invidiosus Artoebio, putavit se illo absente facilius aliquid in perniciem ejus posse comminisci, & exequi. Curavit igitur, ut agenter in Gallia Sylvanus, illius actus quidam (Dynamium appellabant) Romam rediens, litteras ab eo commendatias impetraret. Id ei non negavit. Quare dum venit in urbem Dynamium, interim Artoebio per Lampadium Præfectum, & Eulebium Excomitem Græci private, atque Aedesium Magistrum memorie, quorum opera ad calumniam utebatur, dispergit hos sermones de Salviano, quòd imperium sibi arrogaret, seque ab exercitui Imperatore renunciarum postulasset. Cæterum rei confirmata causa, postquam in urbem Dynamium advenisset, resignatis litteris, quas ad plures summa auctoritatis viros à Salviano attulerat, notis absterfissis, solaque incolum relicta subscriptione, extrascripti iussit, quæ ad imperium occupandum pertinerent. Postea recitatur in intimo consistorio. Itaque iussit Imperator, eos, quorum nomina litteris continerentur, si qui inessent in provincia, adduci: vocari item Sylvanum. Sed cum optimi quique, & franci potissimum, quorum iis temporibus in palatio magna erat frequentia, & auctoritas, agrè ferrent ea de Sylvano, aliique Tribunis tam incredibilia falso accusari, per eos maxime, qui virtuti, ac fortunæ illorum inviderent: ab Imperatore aliqui credulo, ac timido imperarunt, ut de re amplius quaeretur, & Judices daret. Itaque accidit, ut Florentius judex, tum agens pro magistro officiorum, litteras inter judicandum diligentius inspiciens, animadverterit, apices qui apparebant, non ei, quæ tum legebantur, sed alteri, ac priori scripturæ convenire. Quamobrem discussa nube falsitatis, questionem haberi placuit. Lampadius itaque præfectura destitutus est. Eulebium confestim ea se confectio facta, Florentius suspensi iussit. Aedesium demisit, quia nihil non semper inficiatus est. Artoebio non tam, quòd ab aliis sermones acceptos detulisse bona fide se dicere, nec sua manu falsum commisisset, quam commendatione amicorum, ipsiusque etiam Imperatoris, absoluitur est. Cæterum indignitate motus Sylvanus, se innocentem accusari, neque calumniatorem suffici, reversa se ejus criminis confectum postea præstitit, de quo accusabatur. *P. Aeriadus ex Ammian. Marcellin. lib. 15.*

Rex Bintami regem Camparensis Abedallam, generum suum, ob fœdus cum Lusitanis perditum volebat. Abedallam Alphonfus Albuquerquius India prætor anno 1515. Malacæ idiolatris præfecerat. Cæterum cum eò nec sermo, nec veneno tollere possent (erat enim propter equitatem, & mansuetudinem

A dinem omnibus egregiè charus) suis negotium dedit, ut aliquot Malacensium naves caperent, & in Bintamum adducerent. Illi impigre, quòd imperatum fuerat, exequuntur. Is tunc suos, qui iusta confecerant, aperis verbis accipit, quòd injuriarum civibus suis interfecerat. An, inquit, ignoratis, me Regem esse Malacæ, & hos, quos captivos abduxistis, mihi subditem esse, neque secus à me diligi, quam si eos omnes genuissem? Spero equidem Abedallam, quem ego non generum, sed filium arbitror, propediem in meam potestatem Malacæ, ut constituit, redacturum, & tunc apparebit, quantum inter Lusitanorum tyrannidem, & potiù benè acceptos, & muneribus affectos, missos fecit, omniaque illis bona restituit, suisque ducibus atrociter minatus est, si quid simile in posterum contra cives urbis Malacæ designarent. Id homines verum esse crediderunt: & ubi Malacam reversi fuere, sermo primùm occultus inter nonnullos haberi de eadem re cepit. Deinde sparsio laetis rumor, res ad Georgium Albuquerquium urbis præfectum delata. Is Abedallam accersit, sceleris insinulat: testimonia, quæ hostes in illum dixerant, exponit. Abedalla fidem Albuquerqui implorat, & obtestatur, ne se hominem innocentem, summè in Lusitanos officium, regique Emanuelis studio flagrantem, hostium crudelitati dedat. Tempus sibi dari postulat, dum Regis Bintaemensis fraudem, & inimicorum calumniam, & suam innocentiam testibus, & argumentis aperte demonstraret: se ex vinculis velle causam dicere. Cæterum vehementer urgente Bartholomæo Perestrello, quæstore regio, in gratiam Nitaeherenfis filiorum (cui ab ea dignitate dejecto Abedalla successerat) homo innocens, regio splendore præditus, in forum deductus, inspectante populo, cum multorum luctu, & querimonia securi percussus fuit. Qui tamen, dum ad supplicium ducebatur, manus in cælum tendit, & numen implorat, ut in eos, quorum calumniis ipse contra jus, & fas interimebatur, animadverteret. Post decimum, & septimum diem Perestrello celeri morte absumpsus fuit: quòd multi ad numinis vindictam rotule. Abedalla verò supplicium tantam multo offensionem attulit, ut multi mercatores, & cives Malacæ excederent: atque passim, quacumque se conferrebat, omnes homines à Lusitanorum commercio C deterebant. *Osorius lib. 10. rerum Em.*

Confessione falsi criminis.
Cum multa Auxitani populi quererentur in se avarè, & crudeliter gesta esse vult administrationem Bituricensium Ducis, qui Caroli VI Gallorum regis patruus erat: à regio Senari capii justus erat Bethisachus, per quem dux ille omnia gessisse videbatur, quia ducem ipsum compellere non sudebat. Bethisachus omnem culpam in dominium rejiciebat, cuius imperio, quæ fecerat, gessisse se ostendebat. Jamque ut innocens haberetur, cum per fraudem ei significatum fuit, iudicio ipsum, ut vel strangularetur, vel combureretur, damnatum iri. Ea re attonitus, ab iis, qui illud nunciabant, monitus est, si se hereticum dixisset (nam aliud tribunal causa requirebat) fore, ut Avenionem ad Pontificem mitteretur, & cuius manu dux Bituricensis facile cum postea recepturus esset. Bethisachus ergo hereticum se, & qui jam multos annos in Christum non crederet, falsus, adeò ira, atque indignatione omnem Senatum movit, ut statim publico decreto cremaretur. *Fulgosius lib. 8. cap. 11.*

Singulari certamine.
Sub initia regni Roberti III. Scotorum regis, anno 1396. duæ tribus montanae Clankay, & Glankquhere, ducibus Strathberg, & Christie Makian, dissidio laborantes, agros invicem suos hostili sæpè modo prædabantur. Thomas Downbar Moravia comes, & David Lindelafus Cranfridus comes creatus, cum regis ipsos viribus propter locorum difficultatem conficere vix possent, aucti sunt eos aggressi. Conventerunt enim factionum duces, & ut tandem finem discordiis imponerent, hortati sunt. Responderunt illi: Sibi pacem placere, si altera alteri tribus subjici vellet. Tum Thomas, Ergo ex utraque tribu tracenti in campum inermes procedite, gladiis dumtaxat accincti: & qui illic victores extiterit, illi imperent. Constitutum diem quo de imperio duarum tribuum decerneretur. Campum autem ad Aquilonarem Perthi oppidi partem elegerunt: Judices editore loco sedent. Alterius tribuum unum dumtaxat iusto decerit numero, metui territus: cujus in locum immanis corpore rusticus quidam, ad quem res nihil profusus atinebat, ne patrum numero haud conveniente præter-

mitteretur, aut saltem intermitteretur pugna, exili incedere accepta, arrepto ense, ultro pugnaturus subijt. Ordinatur utrinque acies non inferioribus animis, quam si duorum populorum exercitus, magnis acceptis injuriis, ac vicissim illatis, starent jamjam concursuri. Signo à iudicibus dato, impetum utrique faciunt. Neutri se mentur, dummodo hostem feriant: acre aliquandiu certamen est neutro inclinante victoria. Verum à Clankay plures cadunt, ex adversa parte omnes vulnerantur: nec cessere pauciores pluribus, donec omnibus casis, unus ex Clankay dumtaxat integer superesset; adversarii undecim, sed graviter vulnerati, ut vix ad gladium manu tenendum sufficerent. Verum tor suorum ante se occisorum corporibus, ac numero hostium terditus, ille fuga arrepta, Tauram annem celerrimè nando trajecit. Ita quum ii, qui imperium affectabant, periissent, seditiones finem invenere. *H. Bohet. lib. 16.*

PERSONAM TOLLERE PER Filias.

Jafon suastu Peliaë Theffalorum regis patrum sui, cum Argonautis ad vellus aureum profectus erat. Sperabat enim Pelias, illum in ea expeditione occubiturum. Divulgata inde fama, omnes qui cum Jafone in Pontum navigarant, occisione occisos: Pelias primò Æonem fratrem, Jafonis patrem, sanguinem tauri bibere compulsi. Fratrem Promachum adhuc puerum occidit. Alcimedè mater, cum ad interiora regia confugisset, orans deos, ut tanta impietati merita præmia darent, ense pectus transiit. Jafon in Theffaliam reversus, Argonautis suam operam ad tantum scelus ulciscendum pollicentibus, urbem oppugnare volebat. Medea pollicita est suis se Peliam necaturam dolis, regiamque se illis sine periculo tradituram: simul quæ actura esset, singulatim cum prædixisset, à regia maritimæ specule custodibus signum perfectæ rei se daturam asseruit, fumum die, noctu ignem. Parata igitur cava Diana imagine, varia venenorum genera in ea abscondit. Deinde capillos suos quibusdam medicamentis canos reddens, ita faciem, corpusque rugosum effecit, ut aspicientibus anus videretur. Sumpta deinde Diana statua, ut in urbem profecta, omnes ad superstitionem commovit, tanquam ab Hyperboreis venisset, & regis, & civitatis bono. Cum singuli deam facris venerantur, universus tanquam debachatus populus Medeam in regiam deduxit. Hæc res & Pelia superstitionem iniecit, & filia in tantum suporem, ex Medea prestigii, deductæ sunt, ut persuaderent, præsentem deam felicitatem regie præbaturam. Asferre enim, Dianam à draconibus per acrem delatam, magnam orbis partem circumfisse: ut autem perpetuò coleretur, elegisse omnium regum pissimum. Mandasse insuper sibi deam, ut venessent Peliaë quibusdam pharmanis ablatam in adolescentiam verteret, multorumque annorum vitam beatam, diisque acceptam præberet. Ad quæ verba cum Rex obstupesceret, iussit Medeam in se ipsa, ut fides ei haberetur, quòd dixerat, expertit. Illa petens, ut pura ab una ex filiabus asserretur aqua, cum se in thalamo inclusisset, & unxisset corpus, herbarum viribus in priorem ætatem resituta est. Fecisse quoque asserunt eam quibusdam incantationibus, ut draconum specie dea per acrem ab Hyperboreis vecta apud Peliam divertere videretur. Pelias plurimi Medeam faciens, diligenter filias obsequi eidem imperavit, quicquid circa sui corporis curam mandaret. *H.*

Sequentè nocte, cum Pelias dormitum esset, ajunt dixisse Medeam, Necessè esse, ut Peliaë corpus in vase aneo coqueretur. Quòd cum actura essent virgines, una experimento aliquo fidem verbis suis fieri postulavit. Aries aderat multis annis domi nutritus: quem virginibus pollicita est, si illum prius devorasset, in agrum se postea restitutum, Cum virgines annuissent, ferunt, Medeam arietis dec oxifese corpus in frusta divisum, ac medicamentis quibusdam ex Lebeate agni speciem eduxisse. Quo facto, fide Medæe habita, reliquæ omnes patrem pulsantem occiderunt. Sola Alcestis ob insignem pietatem à genitore abstinuit. Tum Medeam dicunt, ne Peliaë corpus aut inciderent, aut coquerent, edixisse. Simulans verò prius votum Lunæ esse faciendum, virgines supra culmen regie: cum lampadibus ascendere secum iussit. Ibi Colechorum lingua longa ad tendendum tempus oratione habita, signum dedit Argonautis rei conficiendæ tempus addesse. Illi igne & specula conspecto, existimantes regem defunctum, cursu urbem profecti, existimantes ingressi, strictis ensibus ad regiam profecti sunt.

A sunt, vigilibus qui obliterant interfecit. Virgines, quae antea ad decoquendum patrem in tecto descenderant, Iafone, caeterisque Argonautis in regia praeter spem confectis, cum sibi mortem conficere vellet, Iafon earum miseris, a proposito revocavit, solatus, non sponte eas errasse, sed errore deliquisse. Deinde Acasto Pellae filio patrium regnum tradidit: filiarum quoque regis curam pro dignitate gessit, & omnes primarias viris nuptum dedit; Alcestim natu maximam Admeto Pherey Thefilo, Amphionem Arobremoni Leontei fratri, Evadnem Oeneo Cephalo tunc Phocorum regis. *Diod. lib. 3. cap. 3.*

Amicos, familiares.

Alboinus Longobardorum Rex, quum Veronae in convivio exularatus, uxori porrexisset poculum e Cum mundi foci capite fabricatum, ut cum patre biberet: Rosimunda dolore correpta, Peredeum virum fortissimum, multis pollicitationibus in viti carum allicere nititur. Quod quum aliquid non possit, artibus eum circumvenit. Peredeus vestiarum reginae noctu adire solet. Regina se in lecto Peredeo B supponit. Mox ubi se patefacit, Peredeus (inquit) aut te Alboinum interficere, aut ab eo te interfici opus est, regalem quando thorum incestasti: ni parueris, paternamque mortem ultus fucris, te adulterii postulatam, dira morte scito moriturum. Ille timore perculsus, se regem interfectorum pollicetur: eumque meridianam, ope Elmichi conjurationis auctoris, adoritur, & obruncat. Elmichus cum Rosimunda, & Albifinda regis filia, regiaeque gaza Ravennam ad Exarchum Longinum confugit. Longinus Rosimundae perfidat, Elmichum interficit, seque virum capiat, ut Ravennae domum suam possit. Annuit inconstantissima femina: Elmicho in balneis venenum propinat: quod statim induta percipit, ut intellexit, reliquum quod in poculo superfuera, districto gladio uxorem haurire coegit. Quod quum illa vi adacta fecisset, venenum utriusque vitam pariter interceptit. *Bonifinus lib. 8. Decad. 1.*

Eques Moldaviae, fugiens tyrannidem Stephani Vayvodae Moldaviae, Ferdinandi Imperatoris partes secutus, promissis amplissimis occidendi Moldaviae consilium cepit. Quo detecto, in Poloniam aufugit: & cum non nisi domestica perfidia Moldaviae in medio tolli posse videret, Joannem Bapt. Castardum Ferdinandi Archistrategum in Transylvaniae monet, ut litteras scribat ad duos Vayvodae intimos, quibus simulante eos hortetur, ut negotium ceptum summa fide, & celeritate perficiant, praemia amplissima expectent. Illi acceptis litteris, omnium rerum ignari, obstupere, & cum inter se de hoc stratagemate differerent: puer quidam Stephani cognatus, sermones illorum exceptos ad Vayvodam detulit. A quo vocati, sibi quae nullus sceleris confici, litteras ostendunt. Vayvoda homo suspicax dignitate illos prius. Quae rei indignitate moti, sicut equis, id quod prius in animum nunquam induxerant, tyranni opprimendi consilium capiunt, eumque in tentorio nihil tale metuentem confodiunt, duo milia Turcarum corporis cultodum interficiunt, & Moldaviae imperium legitimum Vayvodae, equitis illius cognato, tradunt, anno salutis 1552. *Africanus Centorius lib. 5. Com. de bellis Transylvanicae.*

Hofes, Hofibus obijciendo.

Saul Rex invidens gloriae Davidis, qui Goliath Palaestini singulari certamine interfecerat, cum demone correptus per ades baccharetur, & David suo more fides pullabat, hastam in eum jaculatus est. Quam tamen David bis declinavit. Eum quoque tribunum militum fecit, honoris specie: at revera, ut eum Palaestinis interficiendum obijceret. Denique filiam suam Michol, quae Davidem amabat, ei senupti locatum promissit, si centum Palaestinatorum praepitua reportasset. David nil moratus, cum suis militibus Palaestinos invasit, caeterisque ducentis praepitua eorum reportavit. Eaque propter Michol regis filiam in matrimonium accepit. *1. Reg. 18. At Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 11. sexcenta capita Palaestinatorum eum reportasse, inquit.*

David rex Uriam, cuius uxorem constupraverat, e medio tollere volens, litteris eum commendat Polemarcho Joab, ut in prima acie locatum, desertum de industria a subornatis militibus, hostibus trucidandum obijciat. *Reg. 14.* Proetus Tyrinthiorum Rex, falsa persuasione Antae uxoris (quae Bellerophonem ad stuprum pellicere tentans, ab eo rejecta fuerat) quasi & pudori suo, & illius Regno ini-

diaretur: velut officii causa Bellerophonem ad Jobarem hospitem mittit, additis litteris, velut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Jobarem, ut juvenem quoque pacto tollerere e medio. Bellerophon, ut est minimè suspicax innocentia, litteras acceptas reddidit, ut fuerant, obignatas. Quas ubi perlegisset Jobares, quo Proeto gereret morem, aggreditur adolefcentem honesto titulo perimere. Nam hic ferme malorum principum mos. Animum juvenis suapte ferocem, ad perficiendas vires, gloriamque parandam inflammavit. Ac primum persuaduit, ut cum Chimara congregiatur. Id erat monstrum triforme:

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimera: id est, capra.

Hanc Bellerophon equo insidens allato Pegaso, telo confixit, confecitque. Post aliis, atque illius periculis obijcit juvenem. A quibus omnibus quum ille victor rediret, Rex & vires admiratus, & ex eventu conjectans innocentiam, litteras Proeti ostendit, generum adiecit, ac moriens eidem imperii successorem tradidit. *Erasmus.*

INSTRUMENTI, TOLLERE

Jafon Corinthi commoratus Glaucam Creontis regis Corinthi filiam uxorem duxit, omnium beneficiorum, quae a Medea accepterat, oblitus. Id graviter ferens Medea, & Glaucam postea, & Creontem combussit, ac proprios filios Morbyrum, & Phereetum, quos ex Jafone futeperat, ferro absumpsit. Alii dixerunt, pepulum fuisse venenis infectum a Medea ad novam nuptam mistum, quo statim induta conflagravit, ut ait *Apollodorus lib. 1. Bibliotheca*. Alii dixerunt, serinum perexiguum cum igne extincto inclusum missum fuisse ad filias Creontis per parvulos Medae filios: quod cum illae aperuissent, tanta evolavit vis ignis, ut totum palatium conflagravit, ut testatur *Dailochus in Cezici everfione*. Alii putarunt, id non serinum fuisse, sed vestem, & coronam auream naphtha perungas, quibus igne ex vicina ara concepto univerfa regia conflagravit. Nam quae naphtha uncta fuerit, vel igni, vel solis fervore concepto, omnia comburunt vicina. Hujus pharmaci cum auctor G fuisse, & inventrix Medea, iure ignis Medae pharmacu illud dicitur, quod ardorem per membra eorum diffundit, ita ut nulla arte possent curari: de quo meminit Nicaner in Alexipharmacis. *Plutarchus* in Alexandro ait, fieri pharmacum id, quo pallium, coronamque Medea perunxit, e bitumine praecipue, quibus magna copia apud Babylonios nascitur in Ecbanis: cuius illa est natura, ut in eum longinquum atrahat, mediumque aera inflamat. Fama est apud nonnullos Mormyrum, ac Phereetum Medae filios, quod illa munera attulissent, fuisse a Corinthiis lapidibus obrutos: quorum sepulchrum apud Oedeum vocatum ostendebatur, ut ait *Pausanias in reb. Corinthiis*. Fuerunt tamen, qui illos incolumes ad matrem revertisse memorent; sed Jafonis odio, qui Glaucam duxisset, fuisse interceptos. Scriptum fuit a Staphylo, Jafonem ejusdem consilio denique occidisse. Hac enim illi nescio quo pacto persuasit, ut sub puppe navis Argus dormiret, quam illa sciebat brevifolium iri. Qua supra Jafonem delapsa, ille occisus est. *Natalis Comes Aethi. lib. 6. cap. 7. & 8.*

Gramengius bajulus vinaris Bononiensis, a Josepho H Gufclero Canonico levem ob causam pugno percussus, diffimulata in praesens injuria, cum factu tyrocinio Bononiam reversus esset, & vario insidiarum genere Josephum hominem potentem, & nobilem, incautum tentasset: tandem eum cum paucis communicata, faculos tormentario pulvere plenos in cellam vinariam Josephi noctu dejecit, fenestram obruit, sine incendiario per cannam transmissio, eventum rei longinquo spectat: & quia mora omnis scelerata longa erat, dolum irritum fore metuens, duos e locis exploratum mittit. Qui cum vestem fenestrae obductam amoverent, flammam aere concepto erumpente suffocati sunt, totaque domus simul e vestigio concidit, vicinis adibus illatis. Res admiranda visa. Indici impunitas, & mille coronatorum praemium promissum. Gramengius elapsus Mirandulam, litteris praetorem Bononienfem admonet, de vita sibi ipsius decretum prospectum, promissa impunitate: de honore verò, in alii per ignorantiam conferat, suum esse providere. Se se legit tam praecare vindictae consultorem, inceptorem, periclitorem fuisse. Sua opera praetori, quando, ubi eumque volent, haere

A licere uti, modo quam in decreto facilis, tam in honore asserendo suo diligens esset.

Bassiano Lando Placentino, Medico excellentissimo, Theoricam Medicinam in gymnasio Pavatino professent, cum multi inviderent, inventi etiam sunt nebulones quidam, qui vitae illius insidiarentur, anno lxxi. Christi. Umulam pulvere incendiaro replent, eamque sub cathedra, e qua singulis diebus publice declamare solebat, clam reponunt: funem longum, qui extra auditorium per occultas quasdam rimas protenderetur, umulam adaptant, eo consilio, ut fune extra auditorium accendo, ignis sensim prorepens, pulverem in umula contentum attingeret, & Bassianum cum summo auditorum suorum, atque ad eod extremum periculo collegae sui Junii Pauli Crassi, qui eadem hora in superioris congnationis aula proficerebat, e medio tollerent. Et sane voto suo potiebantur, nisi Bassianus, non emundat, tantum parus homo, sed exquisitior quoque odoratus, ubi cathedram conscendit, fumosum quandam halitum sensisset. Eum primo ex vicinis adibus exurgente suspicatus, cum nihil remitteret, famulo imperat, ut quid hoc rei esset, investigaret. Reperitur igitur funis accensus, cuius ductum secuti, umulam sub cathedra sepositam vident, quae cum pulvere vitam simul, & mortem Bassiani post sextantem horae clausisset. Venetas Bassianus proficitur, de insidiis conqueritur. Senatus illum bono animo esse jubet, & ut ad professionem revertatur, obsecrat. Indici duo milia librarum, & unius exulis revocandi potestas, decreta fuerunt. Nec tamen, quamvis amplissimis propositis praemiis, auctor sciri potuit. *Gilb. Cogn. lib. 8. Narrat.*

Aqua.

Nauplius Palamedis pater, dolens, filium suum factione interemptum, cum videret, Graecos tempestate laborare, montem Caplareum, aut Zaraca, vel Opheliam ascendit, elevataque facula signum dedit vicini portus. Quae decepti Graeci, ad aspernatos scopulos (quos *γυπαδας, γυπαδας, νηρας* vocant) naufragium fecerunt.

Veneno.

Ex Tit. Veneno necatorum, item Veneficorum, huc non pauca.

Reliquis Centauris expugnatis, ac confectis ab Hercule, Nessus unum omnium suffugerat. Is pervenit ad flumen Aetoliae Euenum, & in ejus ripa versans, lolebat ad euntes transmittere. Deinde evenit, ut Hercules in Trachinem ad Ceycem una cum Deianira proficerecetur. Posteaquam igitur ipse jam fluvium transmississet, Nessus mandavit, ut Deianira Oeneitegis F. transferret. At is inter transvehendum, vim cepit ad ferre mulieri. Quod simul ac Hercules intellexisset, videlicet illa vociferante, Nessi praecordia jaculo perdidit. At his sententis lethale vulnere, neque se posse mortem effugere, mulierem accersit: Si visis, inquit, tibi amatorum efficacissimum parare, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quando deperibit aliam, in cui cupidinem revocare, fac illum meo sanguine perungas. Atque ea persuasa, Nessi sanguinem e vulnere fluentem apud sese servavit. Itaque postquam Trachinem adisset, ac rursum inde profectus Oechaliam adortus civitatem cepisset, reliqua populatus, Jolen puellam captivam secum abduxit. Immolaturus autem Jovi parenti victimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, jubens, ut sibi vestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Joles rapto, veritaque ne Hercules illum pluris, quam sese, faceret, ut est zelotypum mulierum genus, vestem Nessi cruore tinctam, imbutamque mittit, plerum se mittere rata. Hac indutus Hercules rem divinam periegit. Caeterum ubi calefacta veste, venenum excitatum corpus graviter adurete coepisset, avellere conatus est: verum jam ita penitus adhaeserat, ut non sine carnis ipsis revelli posset. Proinde in monte Oeta rogum extruxit, eumque conscendit. Porro cum, eo jubente, nullus ex Hercules comitibus auderet ignem subdere, videlicet metu contagii, pastor quidam forte reperitus (Paeantem Apollorus fuisse vult. Etii alii Philoteeti dona data asserant) qui ignem immitteret, atque huic officii praemium sua tela dono dedit. Ardente item rogo ferunt nubem non sine tonitru obcepsisse Herculem, atque ita sublatum ad deorum consortium. *Erasmus, ex Zenodoro.*

Amulphus Imp. Guidone Italiae regem fugarat, & Firmum urbem, ubi Guidonis uxor degebat, obfidebat. Illa corrupto pecunia intimo Augustalis aula ministro, clam ad lecteducto, Caesaris, inquit, animum in me immerita ita fut-

centium placare cupio. Haec pocio (poculum manu gestabat) tristitiam dicitur: latitiam, amores, festivitatem, ludos, jocoque, & omnia gaudia menti affert: eo viri mei animum furentem ad sanitatem revocavi, & ut sine noxa fumifcias, experire. Simul servo vel aegro, vel aegro agenti introducto poculum porrigit. Quod cum is ebibisset, intra horae spatium validus, vigenique extitit. Ille Germano alteram, & aliter medicatam potionem, vimque auri tradidit. Amulphus epoto veneno, correptus lethargi gravi, per triduum excitari inelamantibus suis, vellentibusque non potuit. Evigilans tandem soluta obfisione domum revertit, ac aliquantulum post phthiriasi decessit. *Amilius lib. 3. & Cyp.*

Ladislauus Caroli F. rex Neapolitanus, pacem Florentinis anno mcccxxvii. dedit caelege, ut virginem formosissimam omnium indigenarum, in uxorem sibi darent. Pater virginis medicus insignis, filiae pudori metuens, pannum venenum, quo in geniali thoro regem abstergeret, tradidit. Quo illa pannum caute usa, & regi, & sibi mortem accersivit. *Calchon. lib. 3. Tyrrhenos vocat, & regem Lantulum. Bonifinus lib. 2. Dec. 3. & Sabellius lib. 9. Enn. 9. & Callemicus, Florentino. F.*

Thomas Ranulfus, Scotici regni gubernator a Roberto I. rege institutus, dum David filius adolefceret, vir belli, pacisque artibus claris, Scotiam a furibus, latronibus, histronibus, purgavit, & florentis reddidit. Eduardus III. Anglorum rex, Scotiae regno inhians, Thomam e medio tollere aggreditur. Monachum subornat medicinae peritum, qui in Scotia proficiscens, quosdam simulato calculi affectu laborantes potione exhibita curaret. Rumore sparso, Ranulfus hominem accersit, suamque illi salutem committit. Monachus ergo veneno lento poculum mixtum Ranulfo propinat: & pertinacem morbum praetextans, validiore remedio opus esse causans, reditum in Angliam mox reverfurus impetrat: Eduardum exercitum parare jubet, quod non diu superfluum esset gubernator. Interea Ranulfus tormina quaedam ventris, sed levissima sentiens, quum exercitum in Anglia comparari audivisset, sed monachus ad praestitutum diem non rediret, suspicari non nihil G cepit, se delusum esse: morboque in dies gravefcente, venenum tandem esse cognovit: exercitum tamen maximum parari, & quoniam equi quassationem ferre non poterat, & lectica se deferri jubet. Praetextus belli illi Angli erat, quod qui finibus Angliae Scoti adjacent, incursionem pacem violasse diceret. Sed ubi praeter expectationem obviam Scotos venire videt, faciem ad eos mittit, quasi de pace tractaturum. Ranulfus veste ornatus praetoria, dissimulataque agitudine, in cathedra regia faciem audit, ei; qui iniqua quaedam postulasset, respondit: Se brevi ultimum quid juris ad iniquas eas petitiones Angli haberent, nisi foederi antiquo staretur: ac ita faciem magnificentiissime eo ornata, in quo tum confederat, donatum dimisit. Eduardus, ubi praeter expectationem ad pugnam alacrem gubernatorem intellexisset, diffidens copiis suis, in Angliam rediit, ac monachum, quem falsa asseruisse putabat, vivum circumdato igne cremavit. Ranulfus in itinere Mafsilburgi, quatuor inde millibus passuum, morbo est absumptus. *H. Boethius lib. 15.*

Area lignea.

Osiris Solis, & Rheae F. Aegyptios ab angustia, & fera vita duxit, fruges demonstravit, leges sancivit, & deos docuit venerari: post agrum manufacta edo iustravit, nec armis habuit opus, sed blandimentis picrosque, facundiaque cum omnis generis cantilenis, & modulatione permulso induxit. Hinc Graeci eundem cum Libero patre hunc esse autumant. Typhon Saturni, & Rheae F. cum absente eo nihil novi moliri posset, obstante Iside sorore, & uxore Osiridis, quae cavere, & praevidere potentia sua valebat: regresso doli nexu, aditus duobus, & septuaginta conjuratus, cum haberet etiam locum reginam Aethiopiae praesentem, Azo dictam. Etenim sciam diem mensis statuum Osiridis, pro ejus magnitudine affare factam, & eleganter instructam arcam in convivium intulit. Eius spectaculo oblectatus, stupentibusque conviviis, ludibundus ostendit Typhon, quicunque inclusi magnitudinem ejus impleffet, ei se dono arcem daturum. Tentantibus sigillatim omnibus, cum nemini congrueret, subiens eam decubuit Osiris, ibi

A libi conlici advolantes operculum injecere, atque hinc clavis cam extra obfepere, hinc fervidum plumbum infudere, atque ita in amnem extrudere, ac per offium Tanaticum in pelagus demittere, quod propterea invium nunc est, atque excretabile vocatur ab Aegyptiis. Hac gesta regni Oñridis anno xxlii. Plut. de Iſide.

Cathedra.

Simon Turcus Vulcanis mercator, à Joan. Bapt. Deodato populari suo vulnus in facie acceperat. Simulata reconciliatione vindictam meditans, cathedram confici curat, quæ feſſorem archiffimè conſtringeret. Invitatus in viridarium Deodatus, & ſella affixus, multis vulneribus à Simone conſoſus eſt. Tandem deprehenſo ſcelere, miro caſu, Simon publicè in eadem cathedra, totidem vulneribus conſectus eſt, ſub annum Chriſti mclv. Cardanus lib. 11. cap. 1. de var. rer.

Statuis.

Cum Chennethus II. Scythorum rex Cruthinthum, Cruthethi præfecti Angulæ ex Fenella F. nepotem, ob interfectum avum ſuum, occidiſſet, tum etiam Malcolmum B Duſium regem, & affinem Fenellæ: illa ſtatua mira arte fabricari juſſit, in cuius manu pomum aureum gemmis nobilioribus reſertum erat, quod quicumque tetigiſſet, ſtatim multis jaculis conſodiebatur. Eo regem poſt multos annos in arce Fetire hospitaliter exceptum occidit, & in Hiberniam evaſit. H. Bohetius lib. 11.

Edricus Stratoniſ Anglus, conſilio & auctoritate polens, occupata à Dacis Anglia, & exulante Ethelredo rege, cum Edmundo Ethelredi F. contra Canutum Suenonis F. miſſus fore recuperando regno, ad hoſtes deſecit. Cum vrò poſt ſingulare certamen inter reges commiſſum, Edmundo in regni ſocietatem Canutum admiſſiſſet, miſere Edrici inſidiis periit. Quidam tradunt, filium Edrici, impulſore parente, regem corpus purgantem ſurtim adortum, ac ferro ventrem, & inguina perfodiſſe. Alii perhibent, ipſum Edricum ita domi ſua apſaſſe in manu cuiuſdam imaginis mucronem, ut, quoties vellet, accedentem ad eam ſeriret. Itaque poſt certam, dum ille contempleretur imaginem, eo mucrone Edmundo eſſe conſoſum. Ac ſtatim poſt interfectum eum, Edricum ſaluſtaſſe Canutum totius Angliæ regem, & caputque interempti obtuliſſe. Quod tamen facinus Dacum deſertatum, proditorum Edricum merito aſſecſſe ſupplicio. Polyd. lib. 7.

Belluis.

Ex Tit. A belluis interemptorum, huc quedam. Narrat Ludovicus Guicciardini in ſuis locis, Narbonenſem quandam, virum alioquiliſſimum, uxoris propter impudicitiam ſuſpectæ, è medio tollendæ tale conſilium cepiſſe. Mulum triſuana ſui excrementum ſummo mane rus profecturus, ruſificationis prætextu, uxori ſubjicit. Ubi ad Rhodanum ventum eſt, mulus concitato curſu in flumen ſeſe præcipitem dedit, ſimulque & ſuam, & domini ſui in adultæra conjugæ puniendâ ſitum extinxit.

EXCÆCARE FRAUDULENTER.

Hecuba captiva à Græcis abducta, Polymneſtora Thraciæ regem, interfectorem Polydori F. ſub ſpecie occultos theſaurus oſtendendi, introducendum in gynæceum, oculis privavit. Euripides in Hecuba.

Capuani cives, pecunia corrupti ab Alberico Marſorum D Epico, ut oculos Caſſinenſi Abbati cruant, fraude eum circumveniunt. Quidam enim ex eis Abbatem, ut Capuam venire, ibique lites minnere dignetur, orant, interpoſito etiam ſuramento, ſalvum & incolumem ad Divi Benediſti Monafterium ſe eum reducturos. Credit Abbas promiſſis, ac cum eis abit. Quem cum Capuam ad cœnobium Divi Benediſti (cui & Caſſinenſe, & Capuanum ſacrum erat) ſalvum perduxiſſent, ſuae ſidei ſatiſfactum putabant Capuani, moxque manibus ei injectis, oculos eruerunt. Leo Hoſtienſis lib. 2. cap. 16.

MUTILATIONEM ASTUTE EFFUGERE.

Quidam nebulo furti, & perjurii damnatus, cum lingua præcendenda ſibi jamjam foret, fori iudices oravit, ut poenæ ſupplicium mitigaret; nam ſe pro unica lingua, geminas aures malè amittere. Poſtquam exoravit, carniſex ad executionem accingitur. Sed dum detegit caput, auribus privatum reperit. Corona populi ſpectantis titulum emiſit. Ipſe etiam

ſcictus ſuis tidens dolis, impunis ex tanto evaſit periculo. E. Gilbertus Comatus lib. 1. Narrat.

FORMAM ASTUTE CONSERVARE,

COMMENDARE.

In Fabullam Marcial. Epigr. lib. 8.

Ommes, aut vetulas habes amicas.

Aut turpes, vetuſque ſocios.

Has ducis comites, trahiſque tecum

Per convivia, porticus, theatra.

Sic formoſa, Fabulla, ſic puella es.

ASTUS IN BONIS MALISVE FOR-

TUITIS PROMOVENDIS, AUT

IMPEDIENDIS. CULUS-

MODI SUNT.

FELICITATEM ALIORUM

IMPEDIRE.

Cum in Tarpeio ſodientes delubro fundamenta, caput humanum inveniſſent, miſſis ob id à ſenatu legatis, Hetruriz celeberrimis vates Olenus Calenus præclarum id, fortunatumque cernens, interrogatione ad ſuam gentem tranſferre tentavit, ſeipſon epauſ determinatam templi imagine in ſolo ante ſe: Hoc ergo dicitis, Romani, hic templum Jovis optimi maximi futurum eſt: hic caput invenimus? conſtantiſſima annalium affirmatione, tranſiitum fuiſſe fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis legati Romani, reſpondiſſent: Non planè hic, ſed Romæ inventum caput dicimus. Iterum id accidiſſe tradunt, cum in ſatiſium ejuſdem delubri præparate quadrigæ fictiles in fornace creviffent: iterum ſimili modo retentum antrum. Plin. lib. 28. cap. 2.

Statua Romæ in Comio poſita Horatii. Coelitus de celo tacta eſt. Ob id fulgur piaculus luendum. Aruſpices ex Hetruria acciti, inimico in Pop. Rom. animo, miſerunt eam rem contrariis regionibus procurare. Atque illam ſtatuaſ ſuaſerunt in inferiori locoſ perperam tranſponi, quem ſol oppoſitu circum undique altarum ædium nunquam illuſtraret. Quod cum ita fieri perſuaſiſſent, delati ad populum, proditiſque ſunt. Et cum de perſidia conſeſſi eſſent, necati ſunt. Gellius lib. 3. cap. 5.

PECUNIAS ET STIPENDIA ASTUTE

COMPARARE, SIVE IN BELLO,

ſive extra bellum, tam politicè,

quam œconomicè.

TRIBUTO.

Vide exempla aliqua ſub Tit. Avaritiæ in exigendis pecuniis. Item Titulum ſequentem, quatenus venditione quodam modo tributum exigere videtur.

Condalus Mauſoli præfectus, ſciens Lycios comæ ſtudioſos, ſimulavit epiftolas veniſſe à rege, que jubereſt, mittendas eſſe comas ad profomia, ſibiſque in junctum eſſe à Mauſolo, ut detonderet eos: veruntamen ſi vellent capitatum tributum aliquod dare, ſe è Græcia comas tranſmiſſurum. Illi libenter dederunt. Sic plurimam pecuniam à numeroſa turba collegit. Ariſt. in Oecon.

Dionyſius tyrannus, cum cives propter tributum pecora non nutrireſt, dicit ſibi tot ſufficere: volentes autem nunc acquirere, immunes fore à tributo. Multis ergo citò multa comparantibus arma, tanquam habituri ea eſſent abſque tributum, novum impoſuit tributum. Hac igitur deceptione indignati cives, illa jugulantes clam vendebat: ille vrò contra id ſtatuit, ut interdiu tantum occiderentur. At illi iterum in ſacrificiis immolabant. Ille vrò vetuit, ne feminam factis immolarent. Idem.

Charidemus Orites edixit in civitatibus, quibus dominebatur, neminem domi arma tenere, alioqui militari argento. Quod ſubinde negligere vitium eſt, & nullam ejus rei curam gerere. Homines autem arbitrati, edictum illud nullum eſſe, habebant ſinguli per regionem arma, quæ prius poſſederant. At illic repente explorationem domorum faciens, apud quos arma reperiffent, multam ab iſis exegit. Ariſtoteles in Oeconomicis.

M. Antonio Athenas intranti, quum cives urbis obviam proceſſiſſent, diſſiſſentque, eſſe ſibi Minervam nubilem, quam Libero patri (ita enim vocabant, aſſentandi ſtudio) deſpondere vellent: arrepta occasione, ducturum ſe reſpondit, ſed oportere, futura nupta mille darta talenta nomine doris. Plut. in Antonio.

C. Cæſar

A C. Cæſar Caligula veſtigialibus indictis, neque propoſitis, cum per ignorantiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, tandem flagitante pop. Rom. propoſuit quidem legem: ſed & minutiſſimis literis, & anguſtiſſimo loco, ut ne cui deſcribere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio conſtituit: diſtinctive & inſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matrone ingenuæ ſtarent, miſit circum fora & baſilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes, ſeneſque præbata advenientibus pecunia ſenebris, appoſitique qui nominam palam ſubnotarent, quaſi adjuvantium Cæſaris reditus. Ac ne ex luſu quidem aler compendium ſpernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo colluſori demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites Rom. locupletes ſine mora corripit, conſtituſque juſſiſſet: exultans rediit, glorianſque nunquam ſe proſperiore alæ ulum: Ut vos, inquit, de paucis drachmis laboratis? Ego vrò intertea centies quinqueſ milleſ mille coegi. Hæc ſumma facit decies quinqueſ milleſ mille aureos. Suet. & Zonaras.

B Velpſianus inſtituerat è lotio veſtigial. Super hoc à filio monitus, diſſimulavit, donec prima penſio eſſet ſoluta. Eam pecuniam admovit ad ſili naves, ſeſcitans, Num ex odore offenderetur: negante illo: Atqui hæc, inquit, è lotio eſt. Suet.

Berengarius Italia Rex non ſua, ſed Eccleſiarum & pauperum pecunia, xii. numerum modis à Taxi Ungarorum rege pacem redemit, non populi ſpectans ſalutem, ſed ſuæ avaritiæ conſulens. Omnes enim utriuſque ſexus homines, ne lætentibus quidem excepſis, ſingulorum pendere cogebantur. Reliquam pecuniam partem, quæ ſupererat ex tributo, & quidquid ex Eccleſiis abſtulerat, ſibi retinuit. Luitprandus lib. 5. cap. 15.

Henricus IV. Imp. paſſim in omnibus collibus Thuringiæ arcem extruxit. Cùm autem neceſſarius vicus deſceſſet illis, quibus eorum cuſtodiam demandabat, cum Sigfrido Archiepiſcopo Moguntino egit, ut iſ decimationes Thuringiæ feveriſſet, quam unquam antea, exigeret: ſequè auctoritate & armis adjutum promiſit, prædæ partem ſtipulatus. Moguntinus, ne occasione oblatam à manibus dimitteret; Synodum Erfordiæ indixit, in qua vix tandem quod petierat impetravit, anno Chriſti mclxxii.

Anno xvi. Gulielm. Conquerſor in Angliâ cenſum habuit, hoc eſt, quidquid gentium ſuo pareret imperio, cunctas ſimul urbes, oppida, vicos, pagos, Epicoſ, cœnobias, item quantum quiſque terræ poſſideret, quantum quotannis veſtigialium acciperet; milites inſuper qui ſtipendia facerent, ac ſingula jura boum paſſim omnibus locis recenſeri, in novaſque tabulas referri juſſit. Quod negotium ubi conſectum eſt, facile cognovit, aliquid adhuc Angliis ovibus velleſſe ſuperſeſſe, quod tonderi poſſet. Quod circa impoſito novo tributo, per ſingula boum exegit ſenos Anglicos ſolidos. Polyd. lib. 6.

Chriſtina Uladiſai II. Polonorum regis uxor, cum alia quadam avarè & crudeliter inſtituit, tum vrò illud excoſtravit, ut homines oppidani & ruſtici ſtatis & ſolemnibus feriſ honoraria quedam munera, nempe pullos & gallinaccos, aſeres, ova, mel, avenam, porcos, tritum, in cellam principis inierent. Quod cum ſemel atque iterum ac tertium in gratiam principis non inviſiſſent, D lege regia, ut id perpetuum deinceps eſſet, ſanxit. Crom. lib. 6.

Bonifacius IX. Papa, Neapolitanus, è Tomacellorum familia, veſtigial prædiorum laceratorum, quod Annatum vocant, inſtituit. Nonnulli vrò id tribuunt Joanni XXII. Anno mcccc. Volat. in Anthrop.

Alonſus Neapolitanus Rex, ut magnam auri ſummam à ſacerdotibus exigeret, trajecturum ſe cum exercitu in Græciam adverſus Turcas ſolemni voto, facta etiam re divina, publice profeſſus eſt. Pontan. c. 9. de Liberalit.

Antonius Leva à Carolo V. Cæſare Mediolano præfectus, à Gallis, Venetiſ & Sforcianis in magnas difficultates rei numariæ redactus, ut militi neceſſaria perſoluto ſtipendio præſtaret, veſtigial excoſtravit Mediolani, quo omnium pecunias abtraderet, & ſingularum familiarum fortunas everteret. Severo namque edicto vir imperioſus & ſævus, à quoquam vice cererem coqui veterat, quum venales tantum ederetur, conſtituit ejus monopoliuſ tabernis, unde eſurientes magno pretio panem coemerent, tanta edicti atrocitate, ut plerique inopes laquei metu fame paſ-

L. B. Theatr. vit. Hum. n. Tom. I.

ſim interirent. Molendi utique tritici percoquendiſque panis verantes leges pavidum vulgus perhorrebat, ita ut Antonius clariffimam paulo antè opulentiffimam Italiæ civitatem, importato ingenti luſtu, longè omnium miſeritiam redderet. Tanta ſcilicet acerbitate atque ſævitia crudeliſſimæ legis auctoritatem tuebatur, ut vel ab egentibus mulierculis, quæ deſiderio panis ſubcinericiæ conſecret offulas, & in ſattagine placentas oleo ſuffuſiſſent, conſuſoque in pila tritico farinam exprimere conarentur, prægraves penas exigeret: ſic ut non inſacetè, quanquam amariffimè, M. Antonius Cunicula, quaſtorii ordinis civis, in corona diceret, Peramplam, uti reor, civis hic noſter Antonius à Cæſare gratiam proculdubio referet, quando ei ſupra rot clata cognomina ſummæ majeſtatis, novæ nobilitatis ergo, Furnarii titulum adjecerit. Nam & taberneſ furnariæ & venales panes, Cæſaræ aquile nota ſignati, vulgò Imperiales vocabantur. Verum neque Antonius, neque Cæſar ipſe ab ea execrabili divinarum atque humanarum rerum labe, fideliumque Inſubrum miſeris, ullam omnino infamiam ad ſe redituram putabant, modò opes ſuas adverſus conſpirantium hoſtium potentiam confirmarent. Iov. l. 26. F. Hiſt.

EXACTIONIBUS, MULTIS.

Mauſolus Caræ Rex, ſimulans regem Perſarum ſibi inſenſum, equos in amicorum conſpectu produxit, theſaurus, aurum, argentum, veſtem, aliaque ejus generis regi ſe miſſurum dicitans, ne patrio principatu ſpoliaretur. Hiſ Mauſoli verbis amici fidem adhibentes, eodem die inſinitam pecuniarum multitudineſ ei miſerunt. Polyen. lib. 7.

Idem, in concionem vocatis Mylaſſenſibus, inquit, metropolim ipſorum mutis munitam non eſſe, regem autem adverſus eos bellum decernere. Qua de cauſa juſſit unumquemque Mylaſſenſium afferre pecuniam, afferens ſe, & eos qui attuliſſent, & reliqua eorum bona ſervaturum. Quæ ubi oblata fuere, multam coaceravir pecuniam, & inquit: Deo non videtur, in præſenti menia ædificanda eſſe. Ariſt. in Oeconom.

Condalus Mauſoli præfectus, quando ei per regionem proficiendi offerrebat quiſpiam aut ovem, aut porcum, aut vitulum: deſcribebat dantem, & tempus, præcipiebaturque ut domum reduceret, nutrireſque quouſque reverteretur. At vrò cum ſatis temporis illis eſſuſſe videbatur, computans, & quod nutriendum dederat, & quidquid fruſtus inde provenerat, repetebat. Idem.

Jalon Theſſalus, cum ſtipendium ab eo milites flagitant, neque eſſet ſolvendo: cucurrit ad matrem intrò, quaſi perſequentibus militibus: quorum duo treſve, veluti perſequentes eum, ſimul irruerant. Mater, quæ multis pecuniis abundabat, lytron pro eo diſſolvit. Polyen. lib. 6.

Idem, capta urbe pecuniis affluente, multa ſplendidaque ſpolia conſecutus, miſit ad matrem, omnes famulas matreſque jubens, quotquot variæ magnificæque veſtis experientiam & artem haberent, quæ ipſi pulcherrima quæſque deligerent. Illa famulas omnes, quotquot habuit, ad veſtes eligendas miſit. Jalon iſs comprehenſis, mercedem pro redimendis ipſis à matre poſtulavit. Idem.

Idem ad matrem, in loco eo, ubi famule textoriam artem exercere conſueverunt, commorantem, ingreſſus cum uno ex fratribus, quaſi in conſilium eam de rebus imperii H neceſſariis adhibiturus, eas removere juſſit. Sarellitibus imperatum erat, ut omnes eas abducerent. Ipſe poſt longum colloquium egreſſus, ac ſubſticiens, matri præcepit, ut pro famulis argentum ſibi mitteret. Idem.

Dionyſius tyrannus, cognofcens, quòd nauæ quamplurima haberent, edixit, ut quiſque dimidium eorum, quæ haberet, deſerret ad ſe, aliud dimidium ſervare: non afferentis autem, ſtatuit pro multa mortem. Credentes nauæ, ſi ferrent dimidia, reliqua ſe habituros, ſecurè attulere. Poſtequam vrò illa accepit, præcepit ruriſ, ut alia afferent dimidia. Ariſt. in Oeconom.

Cleomenes Alexandrinus, præfectus Aegypti, tranſſerans Nomon, ubi crocodilus pro deo habetur, cum quendam puerorum crocodilus rapuiſſet, ad vocans ſacerdotes, dixit, ſe ultimum pueri necem: itaque præcepit, ab quibus extrahi crocodilum. Sacerdotes vrò, ne deus eorum haberetur contemptus, congregarunt quantum auri potuerunt, & illi dederunt. Idem.

Rr Alexan-

Alexandro rege mandante Cleomeni, ut construeret urbem ad Pharon, & emporium quod prius erat in Canopo illic transferret: ipse navigavit Canopon ad sacerdotem, & eos qui divitias habent: atque se venisse dixit, ut eos duceret colonos. Sacerdotes & accolae offerentes pecuniam, dederunt illi, ut eos & emporium in regione relinqueret. Accipiens autem tunc quoque, discessit. Porro transfretus, cum esset, sibi parata quaecunque erant, necessaria ad ædificationem, petiit ab illis pecuniam maximam: quam cum dicerent, se dare non posse, transfigurare eos fecit. *Idem.*

Idem simulans, se sacrificiorum multitudinem aboliturum, partim à sacrificiis, partim ab aliis pecunias accepit. Illi quidem, ut sua officia tuerentur: hi vero, ut sumptu superfluo liberarentur. *Idem.*

Philoxenus quidam Macedo, præfectus Caria, pecuniis indigens, Dionysia se celebraturum simulat, scribens ad eos qui maximè fructibus abundabant, ut festi essent apparatus, præcipiens quæ essent apparanda. Videns autem eos id graviter ferre, misit aliquos, interrogans, quid dare vellent, ut absolventur ab huiusmodi ministerio? At illi multo plura quam se censebat exposituuros, velle dare dixerunt, ne vexarentur, & de propriis abesse non cogerentur. Ab his igitur capiens, quod desiderat, ad alios rursus scribat, donec corrafi sint, quantum volebat ex eis, quæ apud illos erant. *Idem.*

Aristoteles Rhodius Phœæ princeps, videns suas esse factiones Phœrorum: alteram secretò allocutus, dixit, alios sibi velle pecuniam dare, ut illis negotia civitatis committeret: se autem malle ab ipsis accipere, atque eis civitatis administrationem tradere. Qui audientes, illic pecuniam, quantum præcepit, dederunt. At verò ille rursus alios ostendit, quæ ab his acceptæ: qui dixerunt, se non minus duros, Sumens autem ab utriusque, conciliavit eos invicem. *Idem.*

Idem conspiciens cives multas inter se agitare lites, magnaque longo ex tempore iniurias, quæ per bellum illis obigerant: iudicium statuens edixit, quicumque definito tempore jus suum non obtinissent, lege lata non amplius allecururos, neque ulterius ferre prætorum delictorum iudicia. Multis itaque offerentibus pecuniam propter brevitate temporis, & obtinendam iustitiam, multis etiam, ut produceretur tempus: à singulis suscipiens, immodicam congestit pecuniam. *Idem.*

Evages Syrus, Ægyptiorum præfectus, sentiens Nomarchas, qui sub ipso erant, rebellare velle: vocavit eos ad tribunalia, & omnes suspendio necavit: præcepitque, ut familiaribus eorum diceretur, eos in carcere detineri. Unusquisque igitur affinium pro unoquoque sollicitus erat, ut captivos pecuniis redimeret. Ille pro unoquoque pacificens, & quæ pacta erant accipiens, singulis mortuum reddidit. *Idem.*

Quidam è charis Vespasiani ministris, apud ipsum pro quodam, quem fratrem esse suum simulabat, intercedebat, ut illi procuratio committeretur. Id sentiens Cæsar, candidatum solum ad se vocavit, exegitque pecuniam, quam ille suffragatori suo pepigerat: ea accepta, mox ordinavit. Huius rei minister ignatus, rursus interpellavit pro fratre: cui Vespasianus: Alium, inquit, tibi fratrem quære, hic quem esse tuum putas, meus est. In itinere quodam mullo

Desiliit, quasi calcaturus mulas, sed revera, ut ad eundem ligatori spaciū moramque præberet. At Vespasianus dolulum suspicatus, interrogavit mulionem, quanti calcasset, pacuissus est lucri partem. Hoc si fecit, ut suos corrigeret, civilitas fuit: sin, ut eo emolumento fieret dicitur, sordidum erat. Legatis nunciatisque decretam illi publicè non mediocris summæ statuam, iussit, ut eam omnino ponerent: & vacuum ostendens manum: Ecce, inquit, pacata basis, significans, ut eam pecuniam quam in statuam decrevisset impendere mortuo, vivo darent in manum. *Eras. lib. 6. Apoph. ex Svet. & Dione.*

Henric. VII. Anglorum Rex, cum jam senilem agere inciperet ætatem, & ante id tempus domesticarum seditionum tumultuumque periculis agiturus, morte magis bellum civile horreret: ut omnis talis futuri mali materia tolleretur, suos cives, præsertim locupletiores, aliquantulum attenuare voluit: optime gnarus, homines ob rerum copiam facile insolentiores fieri, nihilque opibus ferè charius habere: cum eas vel amittendi metu, vel acquirendi spe adducti, plerumque soleant pacem aut bellum amplecti. Sed ut ne diceretur facere injuriam, cujus ipse esset publicus vindex, cogitationem suscepit, quo id modo fieri posset honesto

Cui talia colliganti venit in mentem, suos Anglos consuevisse acceptas leges sic negligere, ut si de ea re questio haberetur, non dubium, quin permulti cum primis magni viri, item mercatores, artifices, oratores, pecuniarum violatores deprehenderentur. Hoc factò consilio, cepit recognoscere leges, & qui non observarent, eos multare. Recognitio non tam mirabilis quam miserabilis & iniusta, talis erat. Vocat quis alterum interdum imprudentem, nec opinantem, inscientem apud iudices in jus. Reus statim diebus nominatim in foro à nomenclatore in clamat. Qui demum si non respondeat (quomodo respondere potest omnis negotii ignarus, & sapè procul à foro amplius centum ducentive passuum nullibus?) condemnatur, privaturque omnibus bonis, & ut patriæ hostis perpetuis demandatur vinculis. Cæterum bona non actori, sed principi cedunt. Qui ita condemnati sunt, vulgò dicuntur, Extralegem esse, hoc est, omni jure partem per legem homini dato privati. His technis bene magnus mortalium numerus circumventus est. *Polyd. lib. 16.*

Robertus Comes de Monstelde, Magdeburgensis Archiepiscopus creatus, profectus est Romam, ut pallium acciperet. Reversus, quem ingentem induxisset pecuniam, Judæosque cerneret per Magdeburgum & Hallensem civitatem opibus proficere, captos insigni arte multavit. Centum milia feruntur in tulisse arario ejus, præter aurum & argentum, quod in vestibus & poculis erat. Hallenses se pro Judæis opposentes, obsecravit, & eò adegit, ut cogere non sibi Judæos permitteret: data etiam pro contumacia & rebellionem sua non mediocri pecunia. Ita de iniquo Judæorum mammona locupletatus est. *Crantz. lib. 8. c. 23. Metropol.*

Aulicus quidam ducis Mediolanensis, cum malis artibus plerisque aule procerum discedere videret, quamvis improbitatem primò exosus, tamen tandem urgente fame, pro fideli servitio à duce impetravit, ut Pastoris principalis titulo insigniretur. Mox principis diplomate instructus, simulabat, se cum regio pecore vicinorum agros ingressurum, & missis literis pacis purgatæ imperabat. Vicini suis inveniunt pecudibus & armentis, precibus & prece cum deliniebant. Hac arte brevi tempore magnas contaxit opes. Dux repentinam ejus opulentiam admiratus, rationem quaerivit. Cui ille, Probatam bona conscientia, versutiam lucrum perpetuo sequitur: nec ullum est tam vile officium, in quo non liceat, si velis, cum aliorum damno quæstum facere. *Joan. Paulus in Spudopadia.*

RAPINA.

Jezebel uxor Achab regis Israëlitarum, crudeli astutia ula est, ut vineam Naboth acquireret. *3. Reg. 21.* Mentor filius Herimia capiens & prædia ejus obtinens, permisit eosdem curatores in regione, qui fuerant ab Herimia constituti. Cum ergo securi jam essent, quæcumque absconderant, secum accepere. Mentor verò omnes capiens, diripuit universa quæ habebant. *Arist. in Oecon.*

Charidemus Ortes habens quædam prædia in Ælione, cum advenisset cum militaret Artabazus, pecuniis indigebat ad militares copias. Primum quidem exhibuerunt illi, postmodum verò se non amplius habere quod exhiberent, dixerunt. Charidemus autem concipiens prædium esse opulentissimum, præcepit, si quid haberent pecuniarum, aut suppellectilem pretiolam, mitrent in aliud prædium custodienda. Simul & ipse hoc fecit. Obsequentibus igitur illi hominibus, postquam non procul ab urbe abfuerunt, excussit omnes, & bonis exutos in urbem remisit. *Idem.*

Jalon Theflalus fratrem habuit Merionem, maximis opibus præditum, sed tenacem. Is puero nato, ad imponendum ei nomen principibus Theflalorum convocatis, advocavit etiam fratrem, ut primas in eo negotio partes ipse susciperet. Merione in his rebus occupato, Jalon venationis specie ad Pagafas usque egressus est, ubi Meriones habitabat, vimque depenlatioribus adhibuit: & abreptis viginti argenti talentis, summo studio ad cenam rediit, ac futuri litationum principatum concessit, eique potestatem nomen puero indendi dedit. Meriones cum domum vastatam esse à nunciis accepisset, nomen imposuit Jalonem, quod est vastator. *Polyen. lib. 6.*

Nabis Lacedæmoniorum tyrannus T. Quintio Flaminio pollicitus auxilia adversus Philippum Lacedæmonem inde reversus, uxorem Argos misit: ut quemadmodum ipse vi-

Aros, ita illa matronas spoliaret. Egregia mulier Argivarum nobilissimam quamque, nunc blandè appellando, nunc instando minaciter, omnimodum cultuque corporis avatissimè spoliavit. *Sabell. lib. 6. Em. 5.*

LYTRO.

Dionysius tyrannus cum cepisset Rhegium, convocato populo, exposuit causam, multo ab eo justè capti essent: tamen si impensas belli & virginitas minas darent, se illis libertatem concessurum. Rheginenses, quæcumque absciderant, in apertum prodixerunt, & egeni à ditioribus & peregrinis matuo accipientes, consarunt summam quam præceperat. At ille nihilominus omnium corpora vendidit cunctam suppellectilem, universaque bona diripuit. *Arist. in Oeconomicis.*

Alexander præfectus iis præsidii, quæ oppida Æolidis & munitiones tenebant, conductus ex Jonia ludionibus præstantissimis, tibicinibus Theandro & Philoxeno, hiltionibus verò Callipede & Nicotrato, spectaculum indixit. Ad famam & celebratam ludionum omnium vicinarum urbium multitudinem confluebat. Cum plenum jam esset hominibus theatrum, immisiss militibus ac Barbaris, cum quibus opedia tenebat, spectatores omnes unà cum liberis & uxoribus comprehendit: magnoque accepto precio, eos liberos dimisit. *Polyen. lib. 6.*

Magnus Ladalaus, Sveonum & Gothorum rex, Erici Danorum regis ope fratrem Valdemarum regno expulerat, neque tamen promissa dispendia dabat. Unde grave bellum exortum est. Eo composito, ad Magnum quidam nobilis exul, Petrus Porse, perveniens, non solum regiorum arcanorum participes effectus est, sed credita est illi arx fortissima. In quam invitatus rex cum paucis se contulit. Tum Danus regem inter hospitalis mensæ sacra cepit, nec eum inde egredi permisit, donec argentum Danorum militibus ratione stipendii debitum persolveret, seque jurejurando astringeret, nunquam sese hoc factum vindicaturum. Rex libertatem à fugitivo & perfido mancipio redimere coactus, arcem Lodosensem eidem cum omnibus regalibus proventibus assignavit, nihilque de solito erga ipsum favore, ne jusjurandum violaretis, imminuit. *Joan. Magnus lib. 20. c. 3.*

C Sub Ludov. Bavaro, Pontificis partes in Friderico Pulcro Austria duce ad imperium evehendo, lequebantur quædam Germaniæ urbes. Nobilis Bavaro additus bello ceperat quandam Austriaco militante, nec nisi datis vadibus domum pro *læpore* conciliandis redire passus. Ille negligens salutem ejus amicus, sponforem dedit Deum Opt. Max. mensuro spacio se staturum coram Nobili, & pecuniam redemptionis ergo aliturum. Consensit illi: & mensè eiaplo, cum alter propter difficultatem artis contrahendi diutius abfuisse, sortè per agrum equitans, abbatem quatuor equis comitatum iter facere conspexit. Advolans cum suis, Nunquid Dei famulus esset? rogavit. Illo affirmante: Ergo cum is, qui libertatem à me intercepta fideiussione Domini tui consecutus est, nondum redierit, neque fidem suam liberatis, tuum erit pro Domino tuo satisfacere. Abbas majoris periculi metu mille aureos nobili numeravit. Non multo post captivus reversus, diuturniorem moram excusans, pecuniam numerate parabat. At nobilis, Abi inquit, & sponfori tuo quod videbitur numerata: si mihi per abbatem quæstorem suum quædam sponfore satisfecit.

MUNERIBUS.

Cum Cræsus Lydorum rex Alemæonem Atheniensem accessivisset, ob remunerandam ipsi beneficentiam, quæ sua vis legatis Delphos ad oraculum proficentibus exhibuerat: donavit cum tanto auro, quanto semel corpore suo ferre posset. Alemæon igitur pergravidem tunicam amictus, ingenti in casu relicto, corburnique laxissimis calcæatus, ad thesaurum, quo dicebatur, perterritus. Ibi in acervum ramentorum procumbens, primò corthum auro tereferit. Deinde omnem sinum suum atque etiam crines ramentis subigens, & parte in eos demittens, è thesauro processit, egrè trahens corthosus. Videns hunc Cræsus, in cachinnum erupit, omniaque illi donavit. *Herod. lib. 6.*

MERCIMONIIS: NUNDINATIONIBUS,

tam facris quanto profanis. Juxta mandata legis, augustissimo in toto orbe templo Domini Hierosolymitano, & de penè cunctis regionibus Judæorum illuc populo conflente: innumerabiles immolabantur hostiæ, scilicet maximè diebus, taurorum, arietum, hircorum. *Lib. B. Theat. vitæ Human. Tom. 1.*

corum: pauperibus, ne absque sacrificio essent, pullos columbarum & turtures offerentibus. Accidat plerumque, ut qui de longè venerant, non haberent victimas: excogitaverunt igitur Sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat, ad sacrificia vendebant, & ut venderent non habentibus, & ipsi rursus empta suscipere. Hanc stropham eorum crebra venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed ne unde emerent quidem aves & vilia munuscula. Potuerunt itaque & numulatos, qui murum sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, ut nemo usuras acciperet, & professe non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum fortem perderet: excogitaverunt & aliam technam, ut pro numulariis colybilas facerent, cujus verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colybilas dicitur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula, v. g. frixi ciceris, uvarumque passurum, & poma diversi generis. Igitur usuras quia non poterat accipere colybilas, qui pecuniam fœnerati erant, pro usuris accipiebant varias species, ut quod non numo licebat, in his rebus exigere, quæ numis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prædixerit, dicens: Usuram & superabundantiam non accipietis. Hosce autem ementes & vendentes & numulatos Christus divina virtute è templo ejecit. *D. Hieronym. c. 21. in Matth.*

Dionysius tyrannus tributum civibus imperavit: Qui cum sapè jam se contrulisse dicerent, vim eis addendam esse non existimabat. Intermissis verò paucis diebus, mandavit principibus, ut Anathemata (quibus Æsculapii templum erat exornatum, quæ multa fuerunt ex auro & argento confecta) è fano deportata, quasi profana in foro prosterberent. Ea summo studio coemebant Syracusii, ita ut magna vis pecuniæ colligeretur: quibus portens Dionysius, edictum proponere iussit. Si quis Anathema ad Æsculapium pertinens emisset, mox in templum reportaret, Deoque restitueret, aut morte poenam luctet. Illi Deo sua reddiderunt, Dionysius pecunias obtinuit. *Polyen. lib. 5. & Arist. in Oeconom.*

Cleomenes præfectus Ægypti Alexandrinus, cum triticum veniret decem drachmis, convocatis agricolis, quanti G vendituri essent, rogavit. Illi cum longè minoris, quam mercatoribus, se ei duros respondissent, eodem tamen precio sibi afferri iussit, & ipse mox triginta duobus drachmis vendidit. *Idem.*

Condalus Mausoli præfectus, arborum, quæcumque porrigerentur aut deciderent in publicas regalique vias, ulum fructum vendebat. *Arist. in Oeconom.*

Idem, militum si quis moriebatur, elationem corporis drachma vendebat: neque enim fallere duces poterat, cum quispiam militum è vita emigraret. *Idem.*

Hippias Atheniensis eminentias superiorum tabulatum in viis publicis, & ascensus, & præstruções, & portas, quæ aperiebantur foris, vendebat. Comparabant igitur ii quorum possessiones erant, sicque collectæ sunt pecuniæ multæ. Quicumque etiam navis præfecturam habere, vel tribunatum, vel impensas suppeditare, aut aliam aliam publicam curam gerere deberent: iis precium Hippias ponens moderatum præcipiebat, ut is qui vellet id precii persolvere, describeretur inter publicos administratores. Idem sacerdoti Palladis, quæ debebat in Acropoli, præcepit, pro H quolibet mortuo mensuram afferre hordei, & alteram mensuram tritici, & obolum unum; atque simili modo pro quolibet puero nato illud idem fieri jubebat. *Idem.*

Joan. Giscæus, Giscæ patris suæ in Galatia præfectus, latronum fautor, quæstus causâ talem fraudem excogitavit. Oleum omne, quod non à gentilibus Judæis ex presertim esset, tanquam inimicum, extra fines exportari, & divendi præcepit. Ipse subornatis quibusdam, numo Tyrio (qui quatuor Atticos facit) quatuor amphoras emit, eodemque precio amphoræ dimidium Judæis iterum vendebat. Eo astu magnam pecuniam vim corrafit. *Joseph. lib. 2. c. 26. Belli Jud.*

C. Graccho interfecto, ejus caput à Septimulejo L. Opimil colli amico relatum, septemdecim libras & semissem appendit: quod fraude accidit, plumbo in calvam cerebro exinanitam infuso. Tandem namque auri edicto consulis propositum erat huic, qui Gracchi caput retulisset. *Sab. lib. 1. Ennead. 6.*

Apud Plautum Leno quidam in Pseudolo consultit. Eme die

A cæca hercule oleum, id vendito occulta die: jam Hercule vel ducenta fieri possunt præsentis mine. Hoc est, eme non præsentem pecuniam, sed in diem pacta: quædam pecunia præsentem.

Helii cuiusdam astum, qui è loquacitate sua quæstum facebat, detegit Martialis Epigr. lib. 1. Quod clamas semper, quod agentibus abstrepis, Heli, Non facis hoc gratis, accipis ut tacetas.

Gulielm. Conqueror Angliæ Rex, civitates, Episcopatus, cænobia immunitatibus privavit, ut eas post ab se carius redimerent: ac inter cætera sanxit, ut tempore belli, arbitrio principis, auxilium ferrent. Et quia per vim, & jure belli regnum ceperat, illius statum idcirco de integro collocare suo jure voluit. Itaque legem tulit agrariam, qua se possessionum multarum similiter urbanarum ac rusticarum dominum dixit, quo priores domini eas postea redimerent: quarum bonæ partis proprietatem retinuit, sic, ut qui in posterum tempus possiderent, velut fructuarii, in singulos annos aliquid vidualis sibi, & deinde successibus, domini causa persolverent. Sed excepto præscripto casu

aliquo, quibus ejusmodi fundi ad se tanquam dominum redirent. Et id juris voluit alios dominos in suos habere fructuarios, quos Tenentes vocant. Ex hoc nempe fonte res agraria manavit, quæ adeo aucta est, ut paulatim magnam imposuerit fundis servitutem. Unde fit, ut nihil hodie penè incertum sit in Anglia, ipsa agrorum possessione, nec aliunde plus litium existat. Polyd. lib. 9.

Circiter annum Salut. humanæ m.c.c.lxxix. Edovardus, I. Anglorum rex, pecuniæ egens, rem ex suo usu novam excogitavit. Nam quosquor possessiones urbanas rusticave Angli habent, aut colunt, ex instituto à Gulielmo Normanno Angliæ rege introducto, perpetui, vel ad tempus fructuarii censentur, qui usum fructum capiunt, quando ipsarum possessionum proprietates ad certos pertinet dominos, quibus in annos singulos possessores, ut proprietatis signum, nescio quid aut solvunt, præstante, seu pensionem reddunt: sic, ut possessiones aliæ ad tempus locatæ: ut in perpetuum datæ, nonnulli de causis, quæ municipalibus legibus excipiuntur, crebro ad pristinos dominos redeant, ac ab illis deinde vel aliis colonis locentur, vel vendantur, seu prioribus

possessionibus soluta redemptione confirmantur: quod prædiorum genus Anglicè Acophope dicitur. Si verò possessiones liberæ sint, ea servitute carent, pro quibus pensio jure tantum domini debetur domino. Igitur rex cum esset bene multarum possessionum princeps dominus, & non ignoraret, tabulas sive syngraphas, quas vulgò Evidentias aut copias vocant, partim ob temporis longinquitatem, partim ob assiduas bellorum injurias, aut consumptas, aut amissas esse, publico edicto jussit, uti omnes prædiorum urbanorum sive rusticorum possessiones docerent, quo jure, quove nomine illa retinerent: ut per hunc modum possessiones ad se dominum pertinentes, constituta auctione, aut venderentur, aut redimerentur. Visum est omnibus edictum ejusmodi post homines natos longè acerbissimum. Nonnulli de plebe homines nequaquam contra regia jussa venire audentes, quibus poterant rationibus sua jura possessionum comprobabant: quæ eò minus admittentur, quod nulla ex tabella constarent. Est ita cum multis de tali negotio disceptatum, donec Joannes Varianus Comes Surreæ unus de multis homo popularis, videns regem ad prædam faciendam jam expandere rete, & neminem unum esse, qui reclamaret, sibi actioni tam acerbæ intercedendum statuit. Itaque citatus coram magistratibus, quos Justitarios dicunt, comparuit: interrogatusque, Equo jure possessiones retineret? educto repente gladio: Hoc, inquit, jure prædicia avita possideo, hoc quoque eadem defendam. Non nemo, quod non abhorret à vero, tradit, commissa rixa, Comitum occidisse Alanum unum ex magistratibus. Cæterum, ubi id facinus rex recepit, veritus, ne seditio fieret, ab incepto desistit. Polyd. lib. 17.

Nundinationum Ecclesiasticarum exempla aliquot P. laterranus lib. 22. Anthropologia recenset.

ARTIUM OCCULTARUM VENDITATIONE, ostentatione, pollicitatione.

Est Magnetis genus quoddam, quo illita acus, citra omnem dolorem vulnus facit. Ejus rei periculum in se ipso se fecisse Cardanus testatur lib. 7. de Subtilitate. Addit & illud, Alexandrum quendam Veronensem circumforaneum, pueros servosque suos absque sensu gladii hoc lapide periticiis

vulneratos noctu, mox coram populo oleo olivarum, cui farcocollam permiscuerat, velthus, vel aloem, ne simplex oleum esse videretur, infuso, maximum fecisse quæstum, quod plebs oleo tantis inesse vires crederet, cum id tametsi ex natura vulnere esset, quod hac ratione infusum per se etiam coit, oleo nihil vel parum conferente.

Ernestus Marchio Babensis Chymicus magnopere delectabatur: sed imposturis Chymistarum sæpe circumventus artem uti vanam & sophisticam odisse ceperat, juramento etiam interposito, nunquam se amplius utique Chrysopeo quidquam crediturum. Chymistæ duo societate inita se inter se paciscuntur, ut alter auri conficiendi rationem se habere profiteretur, alter sub circumforanei mercatoris specie inter cætera exotica, scobem auri nigerrimum pro lunaria cuiusdam pulvere venderet. Prior Marchionem convenit, & promissis magnificis, licet dita minitarent, ni vera prodiret, circumvenit. Paratur fornax, carbones, crucibula, mercurius. Marchio præfens adest, circumit, circumspicit, fraudem aliquam deprehendere satagit. Constitit ritè omnibus, Chymista inquit, Res nobis deest unica, quam, nisi tu, princeps, in promptu habes, à pharmacopœo quovis, vel Rhizotomo circumforaneo petas licet. Quid id est, interrogat principem: Rex, inquit, à doctioribus appellatur, voce ut videtur Arabica. Nihil hic monstralo: si quis in vicinia fit circumforaneus, non repugno, ab eo sanè petatur. Commodum interea socius sub Rhizotomi habitu ad portas arcis merces suas exposuerat. Accurrit principis jussu puer, pulverem Rex dictum petit. Exproimat alter ex obsoleta pyxide pulverem pro uno solido, tanquam rem vilissimam, addito etiam superdolum. Eum pulverem mercurio infersit Chymista. Princeps colorem admiratur, obfupescit, præ gaudio exilit. Massa eximitur, auri momentum habere deprehenditur, quantum videlicet pulveris impostor ille misceat. Princeps solus remotis arbitris ipse suis manibus denuò facit periculum, necdum dolum deprehendit. Tandem Chymista dementato principi redire pollicitus, & non spernendo donatus munere, discessit. Marchio ad suam reversus chrysopejam, pulvere propè absumpto, cum eum frustra in omnibus vicinis pharmacopoliis quævisisset, residuo ad ignem explorato, auri scobem eam esse, atque adeo à callidissimo nebulone sibi egregie illusum, non sine rimore cognovit. Heremia Mederi Aroama.

Latomus quidam Batavus lupi stercus clam in prædioribus abscondebat. Pecudes ejus odore terræ, veluti in furorem agebantur. Ille, cum se incantationum removendarum artificem profiteretur, remoto clam stercore, malum amoliebatur, & quæstum inde facebat. Verius lib. 4. cap. 18. de Prestigiis demonum.

STIPE, MENDICI ASTUTI.

Exercuerat Judæus quidam sub Arcadio impostor ejusmodi fraudem, ut cum rebus necessariis indigeret, Christianissimum subito simularet, & baptisierum peteret: qua impostura pecunias multas à Christianis extorquebat. Cùmque hac arte pluribus imposuisset hæresibus, tandem etiam ad Paulum venit, Novatianorum Episcopum Constantinopolis, obsecrans, ut baptisimat lavacrum sibi impertiret. Paulus post traditam Judæo doctrinam de fide, & completos jejuniorum dies, in quibus omnibus præter animi sui sententiam Episcopo Judæo obsequabatur, paratis quæ ad baptisium necessaria erant, coempta etiam splendida veste, ad baptisierum eum ducit, tanquam baptizaturus. Sed miraculoso planè modo aqua infusa in colymbethram subito evanuit. Cùmque ad canalè inferiorerem, per quem & aliis aqua emitti solebat, descendisse & Episcopo & adstantibus omnibus putaretur, iterum canali & meatibus diligenter obstructis, infusa aqua evanuit. Tum Paulus: Aut imposturam, inquit, committis homo, aut baptisium jam antea consecutus es. Facto itaque miraculi gratia concursu, Judæum quispian cognovit, & vidisse se eum baptizari ab Attico Episcopo confirmavit. Socrates lib. 7. cap. 17. Meminit miraculi ejus Sieghertus, sub anno Christi 416.

Joannes Alexandrinus patriarcha, Eleemosynarius dicitur, cum aliquando mendico, sibi obviâ facto, sex numos dispensatorem dare jussisset; ille acceptis divertit paululum de via, & progredientium prævertens vestigia, gestu habitusque mentitus, alios sex accepit, quod talem nactus esset datorem qui etiam deprehensa fraude manû poscenti subtrahere nesciret.

A sciret. Et jam tertio pari astu uo eum patriarcha duplicatam pecuniam numerari præcepisset, succlamare dispensatorem in malitiam hominis cepit. Conventus verò Joannes: Parce, inquit, fili: nam fortasse hic Dominus noster est Jesus Christus, periculum nostri faciens, an tandem offensus crebris repetitionibus, cessaturi sumus misereri. Simeon Metaphrastes Tomo 5. in vita Joannis.

Neotagi apud Geldros quidam mendicus nomine Justus, ut iusta occasione pecuniam emendicaret largiorem, ante templi fores decubuit, deæmonii in se dominum simulans. Nam perpetua inquietudine exilicbat, concidebatque jacenti venter: interdum & fugam minacem, insultum violentum, & torvam faciem inversionem fingebat. Custodes lacus utrinque claudebat, ejus conjux & scortum: quæ proficiens renixæ, ferramentis appositis eum coercendum mentiebantur: interea oratione mendicorum rhetorica oppidò instruxit, stentum navabant operam, ut elemosynam à populo die Dominico elicerent uberiorè. Tandem in dolosi machinationis opinionem venit magistratus. Adhibiti licitores, qui à cæmeterio discedenti, sub prandio, quo tempore ab hominum frequentia hic tutus est locus, manus inficerent. In vinculis artem confessus est, quia ventrem, ut pro suo nutu exundaret subito, relabereturque continuo vortice, coegisset. Prius obice altius podici indito, & multo butyro simul devorato, quo antea obliebantur præmuniabanturque ventriculus & intestina adversus vim hydrargyri deleteriam, argentum vivum deglutiebat, quod suo pondere ex ventriculo per pylorum in intestina ferebatur, ubi ob pessum ostio obdium, præcisa erat exitus via. Quare quum vehementer id humidum sit, & tenujum valde parium, ac cognita mobilitate inquietissimum, quanquam à calore naturali excitatum, non tamen ob intestinorum butyro inunctum anfractus evaporare (etiamsi ea fuisset caloris vehementia) potuit. Hinc ciebat validè illa ventris perturbatione, & jactus inæqualis, quam agebat vehemens & volubilitas ventris succussio, illas interim ob præsumptum butyri anticidum partibus interioribus. Stipe autem collectæ, & arbitris semotis, inquiturum demonem, captivum quispè Mercurium, extracto pessulo liberabat. Decimo post editam hoc spectaculum die, propter atrocitatem quater paratum, Germanica punitione rotæ impostus, horis duabus post descendit, eodem tamen repositus die, strangulatusque. Verius lib. 3. c. 24. de Prestigiis demonum.

Neotagi apud Geldros quidam mendicus nomine Justus, ut iusta occasione pecuniam emendicaret largiorem, ante templi fores decubuit, deæmonii in se dominum simulans. Nam perpetua inquietudine exilicbat, concidebatque jacenti venter: interdum & fugam minacem, insultum violentum, & torvam faciem inversionem fingebat. Custodes lacus utrinque claudebat, ejus conjux & scortum: quæ proficiens renixæ, ferramentis appositis eum coercendum mentiebantur: interea oratione mendicorum rhetorica oppidò instruxit, stentum navabant operam, ut elemosynam à populo die Dominico elicerent uberiorè. Tandem in dolosi machinationis opinionem venit magistratus. Adhibiti licitores, qui à cæmeterio discedenti, sub prandio, quo tempore ab hominum frequentia hic tutus est locus, manus inficerent. In vinculis artem confessus est, quia ventrem, ut pro suo nutu exundaret subito, relabereturque continuo vortice, coegisset. Prius obice altius podici indito, & multo butyro simul devorato, quo antea obliebantur præmuniabanturque ventriculus & intestina adversus vim hydrargyri deleteriam, argentum vivum deglutiebat, quod suo pondere ex ventriculo per pylorum in intestina ferebatur, ubi ob pessum ostio obdium, præcisa erat exitus via. Quare quum vehementer id humidum sit, & tenujum valde parium, ac cognita mobilitate inquietissimum, quanquam à calore naturali excitatum, non tamen ob intestinorum butyro inunctum anfractus evaporare (etiamsi ea fuisset caloris vehementia) potuit. Hinc ciebat validè illa ventris perturbatione, & jactus inæqualis, quam agebat vehemens & volubilitas ventris succussio, illas interim ob præsumptum butyri anticidum partibus interioribus. Stipe autem collectæ, & arbitris semotis, inquiturum demonem, captivum quispè Mercurium, extracto pessulo liberabat. Decimo post editam hoc spectaculum die, propter atrocitatem quater paratum, Germanica punitione rotæ impostus, horis duabus post descendit, eodem tamen repositus die, strangulatusque. Verius lib. 3. c. 24. de Prestigiis demonum.

MUTUO, DEPOSITO, FIDEI COMMISSO.

Dionysius tyrannus jussit apud se delcribi pecunias, quotquot essent familia orphanorum. Descriptis autem cunctis, illorum bonis utebatur, quotuque ad etatem quæ pervenisset. Arist. in Oeconom.

Solon, cum in animo haberet, as alienum tollere, ac tabulas novas (ea enim speciosa appellatio erat incisi aris alieni) ferre, consilium suum ad Amicos retulit: qui rem iniquissimam perpetrarunt. Siquidem prævenierunt grande as alienum constare. Ita lege brevi post promulgata, palam fuit, splendida hæc ædificia & agros ex nominibus, quæ fecerant, comparasse. Interim malè audivit Solon, quasi circumveniret cives, cum esset ipse circumventus. Plut. in D. Præc. Pol.

Cum Alexander Magnus, victa Asia, uno die de suo as alienum exercitus creditoribus dissolvisset: Antigenes luscus obæratum se simulans, falsò nomen dederat, adductoque certo ad mensam, qui affirmaret, se ei dedisse mutuo, repræsentavit ei pecuniam. Sed comperto mendacio rex exatit, fummovitque eum aula, atque præfecturam ademit. Plut. in Alexand. & Diod. lib. 17.

Galli neminem in civitates suas admittent, nisi qui pecuniam mutuo dedisset, quæ apud inferos redderetur. Val. Max. lib. 2. c. 1.

Chii, cum illis esset lex, describi debita in publico, & pecunia indigerent: statuerunt, ut debitoris quidem civitati debita assignarent, civitas verò de rebus usuras feneratoribus dissolveret, quousque ad antiquum diceretur morem. Arist. in Oeconomicis.

Jason Thebalus fratrem Polydorum ad civitatem jam capiendam adduxit, ut ipsa divenderet: cumque tempus esset balnei, fratrem monebat, ut vehementer sibi corpus fricaret, & exerceret. Qui cum ritè & aptè fricare conaretur, Jason simulans, anulum, quem frater digito gestabat, sibi molitum esse, cum inter tricandum jussit deponere. L. B. T. batr. vit. Human. Tom. 1.

Polydorus abstactum è manu, viro cuidam fido ex iis, qui E forte aderant, conservandum dedit. Hinc autem injunctum erat, ut festinanter ad uxorem Polydori curreret, datoque annulo decem auri talenta ab ea postularer. Illa maritanulo fidem habens, confectum aurum dedit: cumque is, qui annulum à Polydoro acceperat, redisset, tum demum Jason fricari desit. Polyd. lib. 6.

Idem, cum bellum dextrè confecerit, dixit ad matrem, Dioscoros manifestissimum sibi auxilium præstitisse, & ob eam causam voluisse, se post victoriam deos hospitio recepturum: Vocasse autem ad convivium duces exercitus, & manipularios atque tribunos militum, omnesque qui aliquam dignitatem gererent. Illa fidem habens ejus verbis, quidquid habebat ornatus, poculorum, craterum, mensarum ex argento & auro, omnia misit. Ex iis ille salarium mercenariis persolvit. Polyd. lib. 6.

Licinius libertus Augusti, operibus patroni pecuniam largietur in subsidium præstare consueverat. Cæpto opere, certam pecuniam scripto ei promissit, literis numero repræsentantibus. Animadvertit Cæsar aliquantum spaci vacantis. Illud propria manu, similibus additis literis, implevit, duplicavitque summam, tam solerter, ut nulla suspicio inesset. Agnovit tamen libertus, & promissi duplici solvit, tacitque, misso tantum chirographo, in quo scriptum erat: Confeto tibi domine ad novi operis impensam quod videbitur. Petrarca.

Castrucius Castracanis tyrannus Lucensis, cum dispensatorem suum, Lippum nomine, de suo locupletatum noceret: non parvam pecuniam ab eo per ludum exigere cupiens, submisit, quoad eum tunc absentem pergeret, & domini verbis pecuniam flagitaret. Stetit in dubio dispensator, literas Castrucii non videns, quamvis id varietate negotiorum, quod in illo viro verosimillimum erat, omisium diceretur. Statuit tandem in consulto domino nihil agere. Cuius voluntatem cum per literas exquireret, ille crispit tantum ambiguis tamque simplicibus verbis, ut licet superficis affirmationem clarum continere viderentur, intorques tamen ad utrumlibet flecti possent. In sine verborum addidit: Ut peritam ante pecuniam numeres, omninò volumus. Hoc autem tanta primæ literæ confusione scriptum erat, ut non magis Nolumus, quam Volumus legi posset. Lippus literas G domini jubentis cum verbis nunci petentis conferens, pecuniam numeravit. Interjecto tempore cum rationem redderet, negabat Castrucius jussu suo traditam pecuniam. Lippus literas manu ejus scriptas proferebat. Castrucius illas relegens, suas quidem non negare, sed omnia adversus illius sententiam interpretari. Et cum ad finem pervenisset, sine ulla hæsitatione Nolumus legit, & non Volumus. Inrellexit ludum Lippus, & subridens siluit. Petrarca.

Friburgenses in Nuthlandia, Austriaeorum ducum tyrannide oppressi, cum Bernensibus se conjunxerant, & jam ad fedus Helveticum spectare videbantur. Nobiles in urbem ingressi, ducem adventare simulabant, cumque se magnifico suscepturus epulo profictebantur. Mutuo igitur à civibus vasa & pocula argentea sumentes, ea clam alportarunt. Mox ducis adventu nunciato, extra urbem egressi, & ab equitatu suorum excepti, conversi ad cives: Vos urbem Helvetiis pro arbitrio tradidit, inquit, nos argentum veltrum duci. Qua injuria irritati Friburgenses, Helvetiorum fœderi sese conjungere, anno Domini 1481. Strumpfius.

Tres nebulones, interversis patroni mercibus, Senas confugerant, & trapezita ad octo millia aureorum commiserant, quos non nisi præsentibus tribus, cum vellent, numerarent. Unus illorum socios pecunia omni exuere studens, trapezitam adit, & de emendo prædio consilium suum cepisse ait. Hinc socios monet (quos animi causa sus profectus summo manoverat) opus esse septuaginta aureis in communes expensas. Illi cum tempore urgerentur, manè trapezitam pecunias socio tertio depromere jubent, de septuaginta intelligentes, cum trapezita de tota summa intelligerent. Qua accepta, illic de subluxit tertius. Reversus duo, trapezitam ipsam in jus vocant. At Arloti Plebani Florentini solertia à iudicibus absolutus fuit, pronuntiantibus, ex pacto trapezitam non nisi tribus præsentibus pecuniam creditam restituere debere. Anfor. vita Arloti.

MONETÆ ADULTERIO.

Hippias numum, qui Atheniensibus in ulu erat, fecit impropium; & precium ponens, jussit ad se ferri. Cui autem con-

